

at non magnanimū. Pusillanimus autē deficit: quoniā cū hēat uirtutes non existiat se magnis honoribus dignū: & ē deterior illo q̄ exuperat: quis i ipso sit uirtus & magnanimus ē uir optimus: q̄a ē optimis dignus: ut sunt honores q̄ deo tribuūtur. Melior maiora semp̄ meret: & optimus maxia. Ergo uir magnanimus ex premio bonus cognoscit: q̄ oīa paruipendit. Nā ei nihil magnū uidet: & habet supremū cuiusque uirtutis. Ideo difficile est eē magnanimum quia difficile ē assequi uirtutes propter insitā uoluptatē: & nullo modo fugit aliquo timore

in factis positum nōn in gloria iudicat: principemque se esse mauult q̄ uideri. Etenim qui errore i peritæ multitudinis pēndet hic i magnis uiris non est hēndus. Facillie aut̄ ad res iniustas impellitur: ut quisque est altissimo animo et gloriæ cupido. Qui locū est sane lubricus:

nam ipsas efficit maiores. Magnanimus enim ornat uirtutes: pusillanimus autem imminuit qui putat se indignum: cum habeat uirtutes. Et magnanimus honoribus: qui magni sunt: & a studiosis hominibus offeruntur: modeste lætatur tāq̄ adeptus honores uirtuti suæ accommodatos uel minores. nam cumulatæ uirtuti nullus honor satis dignus haberi potest. sed honores ab imperita multitudine oblatos spernit: cum illis dignus non sit: sed maioribus. impi ti enim non iudicant: nec id faciunt ratione uirtutis: & cum magnanimus in periculo uersat uitæ non parcit suæ: & putat non esse uiuendum nisi cum gloria & decoro. Magnanimitati pusillanimitas opponitur magis q̄ flexibilitas ad omnis honores & exuperantia: quia plures sunt pusillanimi: & illud est maius malum quod est magis commune. est etiam talis ipse magnanimus inquit Aristoteles: ut magis res pulchras & sine fructu q̄ utiles possideat. Nam res sine fructu ostendit possessorem esse oppulentum: & indicat quandam sufficientiam. magnanimi etiam est inter magnos magnum seostendere: inter humiles autem & infimæ fortunæ homines mediocrem & affabilem. Tales enim superat magnanimo: qui circa magna uer sari dēt: i decoḡ ē: unde uitupantur illi q̄ cū sint inter imperitam multitudinē philosophat & docti uolūt uideri: iter doctos aut̄ obmutescunt. Et magnanimi ē aut amare aut odisse palam & ueritatē dicere: & loq̄ palam & age. Ipse enim magnanimus contēptor eē uidet: & uera loquitur propter uirtutem: quam habet: quæ ueritas est: & ipse nūquam faceret contra suā naturā. Necnon ipsius magnanimi īcessus dēt eē tardus: & uox grauis: & composite loq̄: non enim pperat is qui nihil existimat magnum: talis est ipse magnanimus.

Non ingloria: id est non putat eē honestum: quia laudetur ab imperita multitudine: & quia gloriosum uideatur laudari ab illis: sed quia naturaliter ē honestum dum fit. plures sunt qui potius uolunt uideri boni & non eē q̄ esse & non uideri. Vir autē magnanimus ex factis honestatē cupit: non ex opinione hominum & laudatione populari. In factis: in rebus quæ fiūt cū uirtute: quam amamus & expetimus propter se: non propter gloriam & hominum æstimationem.

Principem: primum. i. uult potius laudanda facere: & non laudari: q̄ factoḡ: quis mereat laudationes accipere: nam i factis non in gloria putat eē illud honestum: ad quod natura i pellimur. Plato i secundo de rep. dicit: Non ut uideatur iustus generosus uir iustitiā colit: si enim quia iustus uideatur honores quispiam adipiscitur. incertum fit: utrum propter uir tem iustitiam sequatur: an propter honores. Vnde dicit plinius. Gloria sequi non appeti debet: & probat hoc Cicero dicens. Nam qui laudari uult ab imperita multitudine: non est habendus magnanimus: & sapientem ex insipientium laude pendere turpissimum est: & magnanimus omnia facit honestatis causa: non famæ aut gloriæ: quam qui appetunt ad h̄s iniustas aliquando impelluntur: & pauci sunt qui gloriam tanquam mercedem rerum geitarum non quærant: & ideo pauci sunt uere magnanimi. Principem: primum uirtute & omni laude dignum: q̄ ita haberi æstimatione uulgi: quod probat a contrario dicens: etenim qui curat opinionem hominum non ipsam uirtutem: non est magnus: q̄ illud est naturæ magni uiri contrarium: qui nihil curat præter ueritatem & uirtutem. Pendet: arbitratur ueram gloriam uirtutis consistere in opinione imperitorum hominum: qui iudicare non possunt: & errore ducuntur. Vnde magnanimus spernit laudationem imperitæ multitudinis: & totus ex seipso pendet: id est in seipso ponit omnia & uirtute: quam habet.

In magnis uiris: in numero magnoḡ uirorum. Ut quisque: quanto quisque: altissimo animo: fortis & cupidio gloriæ: quod ad magnanimum pertinet: qui circa magnos honores ueritatur. Qui locus est lubricus: cum quis ē altissimo animo & gloriæ cupido: hic inquam locus ē lubricus: quoniam i ipso pauci consistunt: ut oportet: sed labuntur. nec seruant id: quod magnanimu